



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LVII. Markgraf Ludwig belehnt Heine Wolgast mit zehn Hufen in Klempzick.
am 9. September 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

LVI. Markgraf Ludwig verzeihet der Kirche zu Langstedt gewisse Einkünfte zum Seelenheil der von Bornam, am 8. September 1341.

Nouerint etc. Pretendentes salutare remedium anime strenui militis Betkini de Bornam nec non strenui viri Th. eiusdem cognominis fratris sui, quondam bone recordationis, nec non Tydekini et Nicolai, eiusdem Tidekini filiorum et Betkini, prenotati Tydekini fratris, fidelium nostrorum dilectorum, predecessorum, heredum et successorum suorum, altari in ecclesia parochiali ville Louenstete sito in honore beati Nycolai dedicato appropriauimus, ex meraque nostre mentis beniuolentia appropriare decreuimus VIII frusta annuorum reddituum in piscibus siue lacubus dictis Lype et Slanwe prope villam Stubbowe situatis eidem altari sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus pertinenda, sic quod magnificorum principum Marchionum Brandenburgium bone recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum, successorum et dotantium ipsorum premissorum perpetua memoria peragatur fideliter in eodem. In cuius etc. Testes Wolfsteiner, Bombrecht, G. Wolf cum ceteris. Datum Soldin, anno domini predicto M^o. CCC^o. XLI^o., die natiuitatis beate virginis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

LVII. Markgraf Ludwig belehnt Heine Wolgast mit zehn Hufen in Klempzick, am 9. September 1341.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus etc. Strenuo viro Heynen Wolgast fideli nostro dilecto suisque veris et legitimis heredibus decem mansos in villa Clempzik fitos ad nos per decessum strenui viri Nycolai de Brederlo bone recordationis libere deuolutos cum omni iure siue precaria et seruitio curruum nec non cum singulis suis pertinentiis eidem mansis ex debito vel ex iure pertinentibus sine inquietatione qualibet nostri, heredum et successorum nostrorum quiete et libere perpetuis temporibus possidendos. In cuius etc. Testes Wolfftain, pincerna Bombrecht, Ger. Wolf, Th. de Brederlo etc. Datum Soldin, anno eodem (M^o. CCC^o. XLI^o.), in crastino nativitatis beate Marie.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).